Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



qui est ad dexteram patris. qui etiam impellat pro nob. Quis
nos separabit a karitate xpi. Tribulatio. an angustia.
an persecutio. an fames. an nuditas. an periculū. an gladius.
sic scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus
ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum. qui di
lexit nos. Certus sum enim. quia neque mors. neque uita. neque
angeli. neque principatus. neque instantia. neque futura. neque fortitudo. neque altitudo. neque profundum. neque creatura alia qua.
potuit nos separare a karitate dei. que est in xpo ihu dno nro.
Lectio. Hec mandauit uobis. Rex in natiuitate Tyburcii et Valeriani In vigilia
Ecce ego iohannes uidi in medio omnium scorum Johis apti
throni. & quatuor animaliū. & in medio seniorum agnum
stantem tanquam occisum. habentem cornua septem. et oculos
septem. qui sunt septem spūs dei missi in omnem terram. Et uenit
& accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum. quatuor animalia. & uiginti quatuor seniores ceciderunt coram agno. habentes singuli citharas. & phyalas plenas odoramentorum. que sunt orationes scorum. Et cantabant
canticum nouum dicentes. Dignus es dne accipere librum. et aperire
signacula eius. quoniam occisus es. & redemisti nos deo. in sanguine
tuo. ex omni tribu. & lingua. & populo. & natione. et fecisti nos
deo nro regnum. & sacerdotes. & regnabunt super terram. Et uidi.
& audiui uocem angelorum. multorum. in circuitu throni. & animalium & seniorum. et erat numerus eorum. milia miliū. uoce
magna dicentes. Dignus est agnus qui occisus est accipere
uirtutem. & diuinitatem. & sapientiam. & fortitudinem. & honorem. & glam. & benedictionem in secula seculorum. Amen. Lectio. De
sanctis ihs de monte. Et de montibus In die sco t.a. Johis apti.

268